BIBL. NAZ.
Vitt. Emanuele III
SUPPL.
PALATINA
B
749
NAPOLI





Digitized by Google

Boyle Lectures 1749

Digitized by Google

626534

CATALOGO

DELLE

INDULGENZE, INDULTI, E PRIVILEGJ

Concessi da Sommi Pontefici

ALLA VEN. ARCHICONFRATERNITA

DI

S. MARIA

DELL' ORAZIONE, E MORTE

DI ROMA.



BIBLIOTECA NAZIONALE DI NAPOLI

IN ROMA MDCCLXXXI.

Nella Stamperia della Reverenda Camera Apostolica.

Con Licenza de' Superiori.

Digitized by Google

PROEMIO

NELL' Anno del Signore 1538. ſotto il Pontificato di Paolo III., come frà gli altri Scrittori riferiſce il celebre Abbate CarloBartolomeo Piazza degl'Oblati di Milano, nel ſuo Libro intitolato = *Opere Pie di Roma al trattato* 4. *Capitolo* 26. =, non di rado accadeva, che in que' tempi calamitoſi i Poveri, che morivano in Roma, e che non laſciavano il modo di eſſer ſepolti, venivano colle elemoſine di pie Perſone portati da un Facchino ſopra una Tavola a ſepellirſi in Campo Santo; Anzi ſuccedea bene ſpeſſo, che i Cadaveri de' Poveri defonti erano poſti nella publica ſtrada, affin di procurare dalla pietà de Fedeli, che ivi paſſavano,

quelle elemoſine, che baſtaſſero per farli ſepellire in Luogo Sagro.

Quello poi, che rendea maggior maraviglia inſieme, ed orrore ſi era, che que' Poveri, che morivano nelle Campagne, o non erano ſepolti in Luogo Sagro, o reſtavano inſepolti nelle ſteſſe Campagne, e conſeguentemente Cibo degli Animali.

Moſſe pertanto alcune pie, e divote Perſone da ſpirito di Carità, determinarono d'iſtituire in Roma una Compagnìa ſotto il titolo DELLA MORTE, la quale doveſſe tutta impiegarſi nell' opera di miſericordia tanto grata all'Altiſſimo di aſſociare, e ſepellire in Luogo Sagro i Cadaveri de' Poveri, che morivano sì in Roma, che nelle Campagne a tutte loro ſpeſe, e fatiche.

Stabilirono indi a Suffragio de' medeſimi defonti in ogni terza Domenica del meſe l'Orazione continua avanti il SSmo Sagramento per lo ſpazio di 40. Ore, in memoria delli 40. giorni, che Criſto Signor

no-

noſtro digiunò nel Deſerto, e delle 40.Ore, che il di Lui Sagratiſſimo Corpo reſtò chiuſo nel Sepolcro, fino alla ſua glorioſiſſima Reſurrezzione: Qual pio eſercizio fu così comendato da Sommi Pontefici, che finalmente la Sa: Me: di Clemente Papa VIII. full'eſempio di queſti, con ſua Bolla emanata il dì 25. Novembre 1592. ordinò, che in perpetuo in tutti giorni dell'Anno nelle Chieſe di Roma alternativamente ſi teneſſe eſpoſto alla pubblica venerazione sì di giorno, che di notte per lo ſpazio di 40. Ore continue il SSmo Sagramento, come d'allora in poi è ſtato ſempre oſſervato, e tuttavia religioſamente ſi oſſerva.

La detta Compagnìa pertanto approvata, e confermata da Sommi Pontefici, e dalla Sa.Me. di Pio IV., e di Paolo V. decorata col titolo di ARCHICONFRATERNITA' DELL' ORAZIONE, E MORTE DI ROMA, ſiccome dalla prima ſua Fondazione non ha mai tralaſciata la pia, ed eſatta oſſervanza del pio ſuo Iſtituto, ha perciò meritato dal-

la

la Clemenza de' medesimi Sommi Pontefici di esser arrichita di molte Indulgenze, Indulti, e Privilegj; mà singolarmente dalla SANTITA' DI NOSTRO SIGNORE PAPA PIO VI. felicemente regnante, il quale oltre di averla altamente illustrata coll' esser stato di lei degnissimo Confratello, e vigilantissimo Guardiano, si è ora benignamente degnato manifestargli maggiormente il Sovrano Suo gran Cuore colla conferma, non solo delle molte grazie già concedutegli da suoi glorioſi Antecessori; mà altresì coll'accrescimento delle medesime, in maniera, che se l'Archiconfraternita riconosce dalla Sa: Me: di Pio IV. il principio delle Pontificie Beneficenze, deve ora con tutta ragione, riconoscerne il felicissimo compimento dall'Animo clementissimo di PIO PAPA VI., che Iddio lungamente, e prosperamente conservi a beneficio della Cattolica Chiesa.

BUL-

BULLA PII PAPÆ IV.

De Anno 1560.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
Ad perpetuam rei memoriam.

DIVINA disponente Clementia ad Summi Apostolatus apicem meritis licet imparibus sublimati Christifidelium omnium votis, præsertim ad charitatis, aliorumque piorum operum exercitium, & devotionis sinceritatem, certumque orationum, & jejuniorum Altissimo pura mente consecrandorum ordinem tendentibus, ac ipsorum Fidelium Societatibus, salubribusque illarum Ordinationibus, quo propterea piæ Institutæ fuisse dicuntur, libenter potissimum cum à Nobis petitur, Apostolici muniminis præsidium adjicimus, ac eosdem Fideles, ut ad opera hujusmodi ferventiùs amplexanda procliviores efficiantur, Indulgentiis, & peccatorum remissionibus frequenter invitamus, ut exinde desiderabilia salutis æternæ præmia faciliùs valeant promereri.

Sanè sicut exhibita Nobis nuper pro parte dilectorum Filiorum Guardianorum, Administratorum, & Officialium Confraternitatis de Oratione, aliàs *della* Morte

nun-

nuncupatæ in Alma Urbe inſtitutæ, petitio continebat, jam multis annis elapſis nonnulli Chriſtifideles in ipſa Urbe degentes divino inſtinctu moti, & pia mente conſiderantes, orationes humiliter, & devotè à Chriſtifidelibus in unum in Dei nomine convenientibus factas Divinæ Majeſtati gratas, & acceptas exiſtere, ac illis, & eleemoſynis, aliiſque piis operibus ipſius Omnipotentis Dei clementiam, & miſericordiam impetrari, unam Societatem, ſeù Confraternitatem utriuſque ſexus Perſonarum de ORATIONE, aliàs *della* MORTE nuncupatam, in eadem Urbe inſtituerunt, & inter alia ordinaverunt ut ſingulis menſibus, diebus, & horis ad id pro tempore per exiſtentes ejuſdem Confraternitatis Guardianos, ſeù Adminiſtratores, & Officiales deſignandis, & ſtatuendis, ad imitationem quadraginta dierum, quibus Dominus Noſter JESUS CHRISTUS in Deſerto vitam humanam agens jejunavit, ac etiam Sanctorum Apoſtolorum, & Patrum primitivæ Eccleſiæ, qui ad Deum ſine intermiſſione orabant, oratio fieret ad eumdem Omnipotentem Deum vocalis, & mentalis per horas quadraginta continuas per Homines, & Mulieres dictæ Confraternitatis, ac alias Perſonas ibidem intereſſe volentes, etiamſi Confratres non eſſent, ac ipſi Confratres in principio cujuslibet Orationis ſingulo menſe in penultima ejus Dominica, vel alio die fieri ſolitæ CORPUS DOMINICUM decenti pompa deferrent.

Necnon pauperum, ac miſerabilium perſonarum decedentium corpora jam anteà ſæpenumero abſque ulla for-

forſitan cœremonia præter conſuetudinem Chriſtianam delata, exemplo Thobiæ, etiam propriis humeris deferrent, ac propriis faculis, intortitiis, & candelis adhibitis, aliiſque expenſis neceſſariis ſepelirent; necnon ſingulo menſe pro Animabus Confratrum defunctorum, ac eorum, quorum corpora ab ipſis Confratribus humata forent, Anniverſarium celebrarent, & infirmis egenis ipſius Confraternitatis de Medico, & Eleemoſynis pro poſſe ſuccurrerent, illoſque, & Confratrum charitate viſitarent, atque Officia Divina prout aliis Confratribus conceſſum erat, exercerent.

Cum autem ſicut eadem petitio ſubjungebat dicta Confraternitas, Spiritu Sancto adjuvante, concurſu Fidelium, qui ad illam confluxerunt, augumentum, & in dictis piis operibus incrementum non modicum ſuſceperit, ac in dies augeatur, dictique Confratres, qui ipſam Confraternitatem primò in Sancti Laurentii in Damaſo conſtituerunt, & ad præſens in Sancti Joannis Evangeliſtæ in Ayno dictæ Urbis Eccleſiæ congregatam retinent, etiam pro illius directione, & augumento, nonnulla Capitula, & Statuta fecerint, & ediderint, & Venerabilem Fratrem noſtrum Fridericum Epiſcopum Prænestinum S. R. E. Cardinalem de Ceſis nuncupatum in dictæ Confraternitatis Protectorem elegerint, prout in uno, vel pluribus documentis, & forſan publicis, deſuper confectis plenius dicitur contineri; Guardiani, & Adminiſtratores prædicti Nobis humiliter ſupplicari fecerunt, & Inſtitutioni Confraternitatis, ejuſque Sta-

 tutis,

tutis, & Capitulis hujuſmodi pro firmiori illorum ſubſiſtentia Apoſtolicæ Confirmationis robur adjicere, ac aliàs in præmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Nos igitur, qui Chriſtifidelium devotionem, orationes, & pœnitentiam, ac Charitatis opera ubique Locorum, ſed præcipuè in ipſa Urbe feliciter adaugeri, ſinceris deſideramus affectibus, hanc dictorum Confratrum devotionem in Domino collaudantes, ac Guardianos, Adminiſtratores, & Officiales prædictos, ac eorum quemlibet à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, necnon omnium, & ſingulorum documentorum prædictorum tenores præſentibus pro expreſſis habent, hujuſmodi Supplicationibus inclinati, dummodò dilectorum Filiorum Archiconfraternitatis Charitatis etiam de Urbe ad infraſcripta accedat aſſenſus, Inſtitutionem Confraternitatis de Oratione, aliàs *della* Morte nuncupatæ hujuſmodi, ac omnia, & ſingula per Guardianos, & Confratres prædictos, circa præmiſſa edita, ordinationes, & ſtatuta, ac prout illa concernunt cætera in eiſdem documentis contenta, licita, & honeſta, ac Sacris Canonibus non contraria Apoſtolica auctoritate tenore præſentium ex certa ſcientia approbamus, & confir-

firmamus, ac omnes, & ſingulos juris, & facti defectus, ſi qui forſan intervenerint in eiſdem ſupplemus, illiſque omnibus perpetuæ firmitatis robur adjicimus. Et nihilominus eamdem Confraternitatem de ORATIONE, aliàs *della* MORTE nuncupandam eiſdem modo, & forma, quibus per ipſos Chriſtifideles inſtituta exiſtit, de novo auctoritate, & tenore præmiſſis inſtituimus, & etiam erigimus.

Ac eiſdem Guardianis, Adminiſtratoribus, & Confratribus, quaſcumque utriuſque Sexus Perſonas eis bevifas, & gratas, & acceptas tam Eccleſiaſticas, quam Sæculares, undecumque exiſtentes, dictam Confraternitatem ingredi volentes, cujuſvis licentia minimè requiſita, in eorum Confratres, ac Confraternitatis gremium recipiendi, & admittendi licentiam, & facultatem concedimus.

Eiſque cum ejuſdem Friderici Epiſcopi, & deinceps pro tempore exiſtentis Protectoris ſui auctoritate, ſeu approbatione, quæcumque Statuta, & Ordinationes pro ejuſdem Confraternitatis felici regimine, ad piorum operum hujuſmodi exercitium, & alias circà præmiſſa, prout eis videbitur, & placuerit condere, & reformare, quæ poſtquam condita, & reformata fuerint, eo ipſo Apoſtolica auctoritate approbata, & confirmata ſint, & eſſe cenſeantur, & ipſos Guardianos, ac Adminiſtratores, & Confratres obſervari debeant.

Necnon tam in eorum Oratorio, quam in Proceſſionibus per Urbem faciendis Crucem ligneam, & habi-

tum conſuetum de tela nigra cum capucciis, ſive picciis deferre, prout etiam de præſenti deferunt.

Necnon Eleemoſynas, & oblationes quaſcumque, ac etiam piorum Chriſtifidelium, etiam S. R. E. Cardinalium, aliorumque Prælatorum, & Officialium, aliarumque Perſonarum tam Sæcularium, quam Eccleſiaſticarum, tam hactenus, quam in futurum ultimis voluntatibus, vel etiam inter vivos donationibus, vel largitionibus relicta Legata; Hæreditates, & Bona quæcumque eidem Confraternitati relinqui, & Confraternitatem illa ſic relicta recipere, & de illis, illorumque fructibus in dictos pios uſus, prout illis videbitur diſponere, ac omnia, & ſingula alia recipere, obtinere, & facere, & ad ea admitti poſſe, ad quæ aliæ Urbis prædictæ Confraternitates à Sede Apoſtolica approbatæ poſſunt, & valent, citrà tamen illarum præjudicium.

Et inſuper Confraternitatem ipſam ad aliam Eccleſiam, ſeù Locum ipſius Urbis ſibi beneviſum transferre, & inibi ſi Eccleſia non extet, Eccleſiam unam cum ſuis Oratoriis, & Manſionibus; Si verò Eccleſia inibi reperiatur de illius pro tempore Rectoris conſenſu, unam Cappellam, ſeù Oratorium, in qua, vel quo Sacratiſſimi CORPORIS CHRISTI SACRAMENTUM reconditum eſſe debeat, & ad ejus Altare Cappellanum ad id per eoſdem Guardianos, & Officiales ad eorum nutum eligendum, & amovendum, prout hactenus habuerunt, per quem Miſſæ, & alia Divina Officia celebrari, & ipſius Confratribus Euchariſtiæ, & alia Sacramenta Eccleſiaſtica

ſtica miniſtrari poſſint, habere, & retinere, ac conſtrui facere.

Et ipſi Guardiani, & Officiales, ac Confratres dictæ Confraternitatis, & eorum Cappellani quorumcumque pauperum decedentium corpora in Parrochiali Eccleſia, ſub qua ipſi pauperes deceſſerint, ſeù illius Cœmeterio, ſi Cœmeterium habuerint, dictæ Confraternitatis ſumptibus, & expenſis, ac cum ſuis faculis, intortitiis, & candelis cum licentia tamen, atque intereſſentia ipſius Rectoris, ſeù Vicarii, ſi vocatus adeſſe voluerit, ita quod ſi adeſſe noluerit dictæ Confraternitati januas Eccleſiæ prædictæ ad hunc effectum aperire omninò teneatur, in forma Eccleſiæ conſueta, & ſolemniter ſepelire, vel ſepeliri facere, liberè, & licitè valeant, eiſdem auctoritate, & tenore indulgemus.

Et inſuper, ut Chriſtifideles eo libentiùs ad ingrediendum Confraternitatem hujuſmodi inducantur, & Animarum ſalus per ampliùs propagetur, de Omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, omnibus, & ſingulis præſentibus, & futuris ejuſdem Confraternitatis utriuſque Sexus Confratribus, qui ad illam in diebus Orationis quadraginta horarum hujuſmodi acceſſerint, & pro noſtra, & pro tempore exiſtentis Pontificis Romani ſalute, necnon dictæ Sedis, ac Principum, omniumque Chriſtianorum pace, & tranquillitate piè oraverint, necnon Chriſtifidelibus, qui Eccleſiam Confraternitatis hujuſmodi in Nativitatis, Veneris Sancti, è ſecunda feria

Octa-

Octavæ CORPORIS D. N. JESU CHRISTI festivitatem diebus devotè visitaverint, verè tamen confessis, & contritis, seù firmum confitendi propositum habentibus, & similiter orantibus, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem eisdem auctoritate, & tenore concedimus, & elargimur.

Eorum autem omnium, & singulorum Confratrum, qui per totam primam, vel secundam dictæ Orationis noctem in eadem Oratione permanserint, ac pro viribus, ut supra, preces effuderint intuitu unius Animæ cujuscumque Fidelis Defuncti, pro qua quicumque ex ipsis: *Miserere mei Deus &c.*, & *De profundis Psalmos*; aut quinquies Orationem Dominicam, & Angelicam Salutationem humiliter in dictæ Orationis fine, coram SSmo Sacramento dixerint, quotiès id fecerint, Centum annos, illis verò Confratribus, qui dictorum Pauperum decedentium corpora ad locum Sepulturæ detulerint, aut associaverint, quoties id fecerint, Mille annos, & totidem quadragenas de injunctis sibi pœnitentiis misericorditer in Domino relaxamus.

Necnon eisdem Confratribus, quod liceat eis, & eorum cuilibet, durante eorum Infirmitate, Missam in domibus suis celebrari facere.

Necnon Confessorem, seu Confessores, qui eis in mortis articulo ab eorum peccatis, & Sedi prædictæ in Bulla Cœnæ Domini legi consueta reservatis (Religionis, & Castitatis votis dumtaxat exceptis) dicta auctoritate absolvere possint, eligere.

Ac

Ac ipſis Guardianis Officialibus, & Deputatis pro tempore exiſtentibus quaſcumque Confraternitates extra Urbem prædictum ſub hujuſmodi vocabulo, & inſtitutis pro tempore erectas, omnibus, & ſingulis prædictis, aliiſque Privilegiis, & Indulgentiis, ſibi deinceps concedendis, ſub conditionibus, & formis ſibi beneviſis aggregandi, illaſque eis in toto, vel in parte communicandi, facultatem ſimiliter concedimus, ac indulgemus hujuſmodi.

Et præſentes Litteras, ſub quibusvis revocationibus, ſuſpenſionibus, derogationibus, vel limitationibus, quarumcumque ſimilium, vel diſſimilium Indulgentiarum per Nos, & Sedem prædictam, etiam in favorem Fabricæ Baſilicæ Principis Apoſtolorum de ipſa Urbe, expeditionis contra Infideles, & Cruciatæ Sanctæ, vel aliter etiam ad Imperatorum, Regum, Ducum, aut aliorum inſtantiam quomodolibet pro tempore factis nullatenus comprehendi, ſed ſemper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum ſtatum reſtitutas, & de novo conceſſas fore, ipſiſque Confratribus, & aliis fidelibus ſuffragari debere decernimus.

Non obſtantibus quibuſvis Apoſtolicis, ac in provincialibus, & synodalibus Conciliis editis, generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, ac noſtra, de Indulgentiis, & gratiis hujuſmodi ad inſtar non concedendis, aliiſque editis, & edendis Cancellariæ Apoſtolicæ regulis, necnon quorumvis Eccleſiarum, & aliorum Locorum etiam juramento confir-

ma-

mationе Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, conſuetudinibus, privilegiiſque, Indultis, & Litteris Apoſtolicis illis, & eorum Superioribus, ac perſonis, aliisque quibuslibet, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriam derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, ac irritantibus, & aliis decretis, & Motu proprio, ac alias quomodolibet conceſſis, ac etiam iteratis vicibus approbatis, & innovatis, quibus omnibus etiam ſi de illis, ac totis illorum tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & individua, non autem per clauſulas idem importantes mentio, aut quævis alia expreſſio habenda, ſeu aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda eſſet, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentibus illis aliter in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Nulli ergo omninò Hominum liceat hanc paginam noſtræ approbationis &c. contraire; Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo ſexageſimo, Quintodecimo Kalendas Decembris, Pontificatus Noſtri Anno primo.

Anno

Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo ſexageſimo primo, die ſeptima menſis Februarii, R. D. Antonius Lomellinus Prothonotarius Apoſtolicus, Horatius de Marchionis, Chriſtophorus Lucianus, Franciſcus Sangallettus Deputati Societatis, ſeu Confraternitatis Charitatis de Urbe, per Franciſcum Puccium eorum Procuratorem, omnibus, & ſingulis retroſcriptis, ſine tamen præjudicio Privilegiorum ejuſdem Confraternitatis Charitatis, & Litterarum expeditione conſenſerunt &c.

Pro Joanne Baptiſta Doria. Joannes Baptiſta Zianus.

BULLA SIXTI PAPÆ V.

De Anno 1590.

SIXTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

IN eminenti militantis Eccleſiæ ſpecula conſtitutus Romanus Pontifex Beati Petri Cœleſtis Clavigeri Succeſſor, ac Domini, & Salvatoris Noſtri JESU CHRISTI æterno Patri conſubſtantialis, & coæterni, qui pro redemptione Generis humani, de ſummo Cœlorum Solio

ad hujus Mundi infima deſcendere, humanamque carnem ex utero Virgineo aſſumere, tandemque poſt peractum ad noſtram inſtructionem hujus Vitæ curſum in Ara Crucis temporalem mortem ſubire dignatus eſt, vices pia diſpenſatione ſua gerens in terris ejus exempla ſectari procurans ſui Gregis Oves ſibi divinitùs commiſſas ad vitam ſalutis æternæ quantum cum Deo licet perducere ſtudet. Ac pro munere ſervitutis Apoſtolicæ quo fungitur, Fideles ſingulos piis Archiconfraternitatibus, & Confrafraternitatibus adſcriptos, qui in ſepeliendis mortuis, aliiſque miſericordiæ operibus ſe exercere contendunt ad hujuſmodi ſalutis opera ferventiùs exercenda ſpiritualibus donis, Indulgentiis videlicet, & peccatorum remiſſionibus libenter invitari ſatagit, ut per eorumdem operum exercitium ſuorum abolita macula delictorum redemptionis ſuæ fructum ſalutem, ſcilicet tantoperè ab omnibus deſideratam, conſequi, ac ad æternæ Beatitudinis gaudia feliciter pervenire mereantur: Cæterique Cœleſtium præmiorum cohortatione, & illorum exemplo accenſi ad eadem pietatis, & miſericordiæ opera magis excitentur: Cupientes igitur, ut Venerabilis Archiconfraternitas MORTIS, & ORATIONIS, cujus dilecti Filii Gubernator, Cuſtodes, & alii Confratres pauperum decedentium Corpora ſumptibus ipſius Archiconfraternitatis Eccleſiaſticæ Sepulturæ tradere, ac pro ipſorum Defunctorum Animarum ſalute Miſſas, & Anniverſaria celebrare, aliaſque pias ad Deum preces effundere, diverſaque alia pietatis, & charitatis opera exercere conſueverunt in-

dies

dies augeatur, aliique Chriſtifideles ad ipſam Archiconfraternitatem ingrediendam per amplius inviteutur, quo exindè majora, & ampliora ſpiritualia gratiarum dona ſe conſecuturos eſſe conſpexerint, ultrà alias Indulgentias etiam plenarias, & peccatorum remiſſiones eidem Archiconfraternitati, ac illius utriuſque Sexus Confratribus hactenus conceſſas, de Omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum, ejus auctoritate confiſi; omnibus, & ſingulis utriuſque Sexus Chriſtifidelibus verè pœnitentibus, & confeſſis, qui dictam Archiconfraternitatem de cætero ingredientur, die illorum ingreſſus ſi Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum ſumpſerint plenariam, necnon tam ipſis, quam ad præſens exiſtentibus dictæ Archiconfraternitatis utriuſque Sexus Confratribus etiam verè pœnitentibus, & confeſſis, ac Sacra Communione, ſi id commodè fieri potuerit, refectis in eorum mortis articulo Nomen JESU corde, ſi ore nequiverint, invocantibus, etiam plenariam; Ac tam ipſis Confratribus, quam Omnibus aliis utriuſque Sexus Chriſtifidelibus pariter verè pœnitentibus, & confeſſis, qui Eccleſiam dictæ Archiconfraternitatis in die *Commemorationis omnium Defunctorum* à primis Veſperis, uſque ad occaſum Solis diei hujuſmodi ſingulis annis devotè viſitaverint, ac pias inibi ad Deum preces pro Fidelium Defunctorum, & ipſi Confratres pro dictæ Archiconfraternitatis Benefactorum Animarum ſalute effuderint, ſi dictum Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum ſumpſerint, ſimiliter plenariam omnium, & ſingulorum peccatorum

torum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem Apoſtolica auctoritate tenore præſentium perpetuò concedimus. Præterea ipſis Confratribus, qui pariter verè pœnitentes, & confeſſi in *Inventionis Sanctæ Crucis*, *Aſſumptionis Beatæ MARIÆ Virginis*, ac *Dedicationis Sancti Michaelis Archangeli*, necnon *Sanctæ Catharinæ Virginis*, & *Martyris Feſtivitatum* diebus ipſum Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum ſumpſerint qualibet die ſingularum feſtivitatum hujuſmodi id fecerint, decem annos, & totidem quadragenas; Inſuper ipſis Confratribus quoties Divinis Officiis in Oratorio ejuſdem Archiconfraternitatis more Confratrum, ſeù in dicta Eccleſia celebrandis, aut Congregationibus publicis, vel Secretis, ſeù Proceſſionibus ordinariis, vel extraordinariis, aut ſepeliendis mortuis officiosè interfuerint, aut ipſum Sacramentum, dum ad aliquem Infirmum defertur, aſſociaverint, vel qui hoc facere impediti, campanæ ad id ſigno dato, ſemel Orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam pro eodem infirmo recitaverint, ſeu pauperes puellas dotaverint, aut Peregrinos hoſpitio exceperint, ſeu Eleemoſynis, vel piis officiis adjuverint, aut pacem cum inimicis propriis, vel alienis compoſuerint, ſeu quinquies Orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam pro Animabus Confratrum dictæ Archiconfraternitatis Defunctorum recitaverint, aut Infirmos viſitaverint, vel Miſſam diebus feriatis audiverint, vel ad Verbum Divinum audiendum acceſſerint, ſeu noctu antequam cubitum eant, conſcientiam ſuam diligenter examinaverint, toties pro quolibet præmiſſorum

rum

rum, & aliorum piorum operum per eos pro tempore exercendorum, centum dies de injunctis eis, aut alias quomodolibet debitis pœnitentiis misericorditer in Domino etiam perpetuò relaxamus, necnon Indulgentiam plenariam à felicis recordationis Pio Papa IV. Prædecessore nostro, omnibus utriusque Sexus Christifidelibus dictam Ecclesiam feria secunda infrà Octavam CORPORIS CHRISTI, qua Processio generalis per eamdem Archiconfraternitatem fieri consueverat, visitantibus in perpetuum concessam ad diem infra eamdem Octavam, qua dicta Processio pro tempore habebitur, & fieri contigerit, auctoritate, & tenore præfatis etiam perpetuò transferimus, & commutamus, non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam nostræ Concessionis, relaxationis, translationis, & commutationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romæ in Monte Quirinali Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo nonagesimo. Decimo Kalendas Junii Pontificatus nostri Anno sexto.

J. Gallaterius.

BREVE

BREVE PAULI PAPÆ V.

De Anno 1606.

PAULUS PAPA V.

DILECTI FILII Salutem, & Apoſtolicam benedictionem. Cum certas unicuique Archiconfraternitati Indulgentias, & gratias Spirituales, quibus de cætero fruantur, duxerimus præſcribendas; Idcircò omnes, & ſingulas Indulgentias, & peccatorum remiſſiones, ac pœnitentiarum relaxationes, veſtræ Archiconfraternitati, & illius Confratribus, & Conſororibus hactenus per quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros conceſſas revocantes, & annullantes, ac nullius roboris, & momenti eſſe declarantes: De Omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi; omnibus utriuſque Sexus Chriſtifidelibus, qui dictam Archiconfraternitatem de cætero ingredientur, die primo eorum ingreſſus; ſi verè pœnitentes, & confeſſi Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum ſumpferint, plenariam. Ac tam ipſis pro tempore deſcribendis, quam jam deſcriptis in dicta Archiconfraternitate Confratribus, & Conſororibus etiam verè pœnitentibus, & confeſſis, ac Sacra Communione refectis, qui in die Commemorationis omnium Defunctorum Eccleſiam, ſeu Oratorium ejusdem Archiconfraternitatis viſitaverint, & ibi pro Chriſtianorum Principum con-

cor-

cordia, hæreſum extirpatione, ac Sanctæ Matris Eccleſiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint etiam Plenariam. In mortis quoque articulo, qui pœnitentes, & confeſſi, ac Sanctiſſima Communione refecti Nomen Jesu ore, ſi potuerint, ſin autem corde devotè invocaverint Plenariam ſimiliter omnium peccatorum ſuorum indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus. Præterea ipſis Confratribus, & Conſororibus, qui confeſſi, & Sacra Communione refecti, aut ſaltem confitendi propoſitum habentes, Eccleſiam, ſeu Oratorium hujuſmodi tempore, quo Orationes Quadraginta Horarum fiunt, viſitaverint, & ibi, ut præfertur, oraverint, ducentos dies, & totidem quadragenas; Ac etiam iis, qui in feſto Nativitatis *Domini noſtri JESU CHRISTI*, feria ſexta majoris hæbdomadæ, ac die, quo præfati Confratres, & Conſorores dictum Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum infra Octavam *CORPORIS DOMINI* proceſſionaliter deferunt, Eccleſiam, ſeu Oratorium hujuſmodi viſitaverint, & oraverint, ut præfertur, tres annos, & totidem quadragenas: Necnon etiam, qui in Purificationis, & Annunciationis Beatæ Mariæ Virginis feſtivitatibus dictam Eccleſiam, ſeu Oratorium, ut præfertur, viſitaverint, & oraverint, quinquaginta dies; Quo verò Defunctos ad ſepulturam aſſociaverint, intus Urbem ſeptem annos, extra vero Urbem viginti annos, & totidem quadragenas: Ac etiam qui Infirmos viſitaverint centum dies: Qui verò in Inventionis, & Exaltationis Sanctæ Crucis, Aſſumptionis Beatæ Mariæ Virginis,

De-

Dedicationis Sancti Michaelis Archangeli, & Sanctæ Catharinæ Virginis, & Martyris festis diebus confessi, & contriti, SSmum Eucharistiæ Sacramentum sumpserint, tres annos, & totidem quadragenas. Quoties verò præfati Confratres, & Consorores, Missis, & aliis Divinis Officiis in dicta Ecclesia, seù Oratorio pro tempore celebrandis, & recitandis, seù Congregationibus publicis vel privatis ejusdem Archiconfraternitatis ubivis faciendis respectivè interfuerint, vel quascumque Processiones, aut Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, tam in dictis Processionibus, quam ad Infirmos, aut alias ubicumque, & quomodocumque pro tempore deferetur, comitati fuerint, aut si ad hoc impediti semel Orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam pro Infirmo, aut etiam pro Animabus Defunctorum Confratrum, & Consororum dixerint, vel pauperes Puellas dotaverint, Peregrinos hospitio susceperint, aut illis eleemosynam dederint, vel quodcumque aliud pietatis, & charitatis opus exercuerint, toties pro quolibet præfatorum operum, centum dies de injunctis eis, seù aliàs quomodolibet debitis pœnitentiis in forma Ecclesiæ consueta relaxamus. Et ulteriùs vobis, & vestræ Archiconfraternitati, ut Confraternitates aggregare, illisque omnes supradictas Indulgentias, servata tamen forma Constitutionis felicis recordationis Clementis Papæ VIII. Prædecessoris nostri super dictarum Confraternitatum aggregationibus editæ, communicare; Utque etiam Defunctos in Ecclesiis Parochialibus (de scientia tamen Parochi, quamvis inte-

tereſſe recuſantis, qui Januam Eccleſiæ aperire abſque ſtrepitu debeat) ſepelire liberè, & licitè poſſitis, & valeatis; & attamen, ut hanc facultatem communicare non poſſitis, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium concedimus, & impartimur. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis quibusvis, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris, die xxvi. Octobris MDCVI. Pontificatus Noſtri Anno ſecundo.

Scipio Cobellutius.

Foris = *Dilectis Filiis Guardianis, & Confratribus Archiconfraternitatis MORTIS in Urbe canonicè inſtitutæ.*

Loco ✠ Sigilli.

BREVE EJUSDEM PAULI PAPÆ V.

De Anno 1611.

PAULUS PAPA V.

DILECTI FILII Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Pias Chriſtifidelium Archiconfraternitates ad pietatis, & charitatis opera exercenda, præſertim in Urbe noſtra, canonicè inſtitutas, ut in eorumdem operum exercitio in dies magis ad Omnipotentis Dei gloriam, & ædificationem Fidelium confoveantur ſpecialibus favoribus, & gratiis libenter proſequimur, prout in Domino conſpicimus, ſalubriter expedire. Proinde Nos veſtram

Archiconfraternitatem aliquo ſpeciali privilegio decorare volentes, & quemlibet veſtrum à quibuſvis excommunicationis, ſuſpentionis, & interdicti aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtitis, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, ſupplicationibus veſtro nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati; Vobis, & veſtræ Archiconfraternitati, necnon ipſius Gubernatori, Guardianis, & Confratribus pro tempore exiſtentibus, ut ſingulis annis in perpetuum in die commemorationis omnium defunctorum unum reum, quem à dilectis filiis Urbis noſtræ Gubernatore, ſeu Vicario noſtro in ſpiritualibus generali, aut Senatore nunc, & pro tempore exiſtentibus petieritis, & obtinueritis capitali pœna, præterquam occaſione criminis hæreſis, leſæ Majeſtatis, Falſificationis monetæ, aut Litterarum Apoſtolicarum, Aſſaſſinii, aut Sacrilegii, ſeu homicidii deliberati damnatum, liberare, dummodò tamen pacem ab offenſis habuerit, liberè, & licitè valeatis auctoritate Apoſtolica tenore præſentium liberam facultatem, & auctoritatem concedimus, & impartimur; Mandantes propterea eiſdem nunc, & pro tempore exiſtentibus Gubernatori, ſeù Vicario, aut Senatori præfatæ Urbis, ut ſingulis annis in perpetuum Vobis *unum ex hujuſmodi pœna capitali damnatis liberum dimittat, & concedat*; ipſumque per Vos pro tempore liberatum ab omni pœna capitali eo ipſo abſolutum, eumque ad Patriam, fa-

famam, gradus, honores, & bona quæcumque præterquam Fiſco incorporata, plenariè reſtitutum, & reintegratum eſſe, & cenſeri, nec illum ſuper præteritis delictis, & exceſſibus ulteriùs moleſtari, vel perturbari poſſe decernimus, & declaramus; non obſtantibus Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die XXIX. Decembris MDCXI. Pontificatus noſtri Anno ſexto.

Scipio Cabellutius.

Foris ⁜ Dilectis Filiis Gubernatori, Guardianis, & Confratribus Archiconfraternitatis Mortis, & Orationis de Urbe.

Loco ✠ Sigilli.

Decretum Sacræ Congregationis Viſitationis Apoſtolicæ ab Urbano PP. VIII. approbatum, & confirmatum per ſuas Litteras in forma Brevis expeditas, tenoris ſequentis, videlicet:

URBANUS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

NUPER pro parte dilectorum filiorum Confratrum Archiconfraternitatis MORTIS, & ORATIONIS Almæ Urbis noſtræ Nobis expoſitum fuit, quod in Congregatione Viſitationis Apoſtolicæ de menſe Auguſti proximè

ximè præterito ad dictæ Archiconfraternitatis, & illius favorem contra Rectores, Parochos, & alios quoſcumque curam tam Rectoralium, & Parochialium, quam aliarum quarumcumque Eccleſiarum in eadem Urbe, & extra gerentes, emanavit Decretum tenoris ſequentis videlicet:

Sacra Congregatio Viſitationis Apoſtolicæ habita die ultima Auguſti 1641., coram Emo, & Rmo Domino Cardinali Sancti Honuphrii, ac Rmis DD. Prælatis dictæ Sacræ Congregationis, & in ejuſdem Emi Cardinalis ædibus mandavit, & mandat; quod omnes, & ſinguli Rectores, Parochi, & alii ſupradicti ad ſepelienda Corpora pauperum mortuorum requiſiti, debeant, & quilibet eorum requiſitus *infrà viginti horarum ſpatium* illa Eccleſiaſticæ Sepulturæ tradere, aliàs, termino prædicto elapſo, poſſint, & valeant ſupradictæ Archiconfraternitatis Confratres ad illa ſepelienda accedere, & Cadavera in eiſdem Parochiis, & Eccleſiis omnibus eorum ſumptibus humi tradere, charitatiſque opus exercere juxtà formam Statutorum dictæ Archiconfraternitatis, & in ſpecie *Cap.* 44. de ſepeliendis Cadaveribus Defunctorum pauperum loquente, & teneantur omnes ſupradicti Eccleſiarum Januas aperire, ſeù aperiri facere, ac etiam neceſſaria, ſi opus fuerit ſubminiſtrare, idque facere recuſanti liceat ſupradictis Confratribus Januas Eccleſiarum aperire, ſeù eo modo, quo poterunt meliori, aperiri facere; & hoc ſupradicti Confratres ſervare debeant tam in Urbe, quam extrà,

Cada-

Cadavera verò Occiſorum dicti Confratres certiores facti à Curia Gubernatoris, poſſint ſtatim humi tradere, etiam irrequiſitis ſupradictis.

In Cadaveribus Mortuorum *extra Urbem* quandocumque, quia aliquando nunciantes Archiconfraternitati errant locum, afferentes locum unum pro alio, liceat tali caſu dictis Confratribus in Eccleſiis ſibi commodioribus ſepelire, & teneantur etiam Cuſtodes Januas Eccleſiarum prædictarum aperire, ut Cadavera Eccleſiaſticæ Sepulturæ tradi poſſint, ſin minus, liceat dictis Confratribus facere, ut ſupradictum eſt, & ita ſervari voluit, eadem Sacra Congregatio mandat, quod condemnentur omnes ſupradicti Contrafacientes ad pœnam *ſcutorum vigintiquinque monetæ*, pro ſingulis vicibus applican. arbitrio Sacræ Congregationis, prout præſenti Decreto condemnantur. Injungens Illuſtriſſimo Domino Viceſgerenti, ut irremiſſibiliter *abſque ulla mora* dictam pœnam, & alias ejus arbitrio imponendas exequatur omni &c.

Cum autem ſicut eadem expoſitio ſubjungebat dicti Exponentes Decretum hujuſmodi, quo firmiùs ſubſiſtat Apoſtolicæ noſtræ Confirmationis Patrocinio communiri ſummoperè deſiderent. Nos eoſdem Exponentes ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, eorum ſingulares Perſonas à quibusvis Excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti aliiſque Eccleſiaſticis Sententiis, cenſuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum

ſerie

ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes Supplicationibus illorum Nobis ſuper his humiliter porrectis inclinati, Decretum præinſertum, ac omnia, & ſingula in eo contenta Apoſtolica auctoritate tenore præſentium approbamus, & confirmamus, illiſque inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & ſingulos tam juris, quam facti defectus; ſi qui deſuper quomodolibet intervenerint, ſupplemus. Decernentes Decretum hujuſmodi ab omnibus, & ſingulis, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, ſub pœnis ſupradictis inviolabiliter obſervari præſentes Litteras validas, & efficaces exiſtere, ac firmas & fore ſuoſque plenarios effectus, & integros ſortiri, & obtinere, dictiſque Exponentibus in omnibus, & per omnia ſuffragari, ſicque in præmiſſis omnibus, & ſingulis, per quoſcumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam Cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Auditores judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quo quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit, attentari, non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac prædictarum Eccleſiarum etiam juramento confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alias roboratis, Statutis, & conſuetudinibus, privilegiis, quoque Indultis, & Litteris Apoſtolicis in contrarium quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis: Quibus omnibus, & ſingulis illorum tenoribus pro expreſſis habentes illis aliàs in ſuo robore permanſuris ad præmiſſorum effectum ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Da-

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die xxix., Novembris MDCXXXXI. Pontificatus Noſtri Anno decimonono.

M. A. Maraldus.

Loco ✠ Annuli Piſcatoris.

Ac in ſtatum, ut eidem Archiconfraternitati, ejuſque Confratribus Inhibitionem legitimam in Romana Curia, & extra, & adverſus nominatos in dicto Brevi decernere, & concedere dignaremur. Nos Frater Antonius Barberinus Sanctæ Mariæ Tranſtyberim S. R. E. Presbyter Cardinalis Sancti Honuphrii nuncupat., SSmi Domini Noſtri Papæ Pro-Vicarius Generalis, Romanæque Curiæ, ejuſque diſtrictus Judex Ordinarius, ac Sacræ Congregationis Viſitationis Apoſtolicæ Præfectus, attendentes requiſitionem hujuſmodi fore juſtam, rationique conſonam, quodque juſta petenti non ſit denegandus aſſenſus. Idcircò vobis omnibus, & ſingulis ſupradictis RR. DD. Rectoribus, Parochis, & Eccleſiarum tam *in Urbe*, quam *extra* exiſtentibus Cuſtodibus, quatenus ſtatim viſis, & receptis præſentibus &c.: debeatis, & quilibet veſtrum, ad quem ſpectat, debeat ſupradictis Litteris Apoſtolicis paruiſſe, & obtemperaſſe, ne audeant, ſeu præſumant contra diſpoſitionem eorum aliquid attentare, ſeu innovare, ſeu moleſtari, vexari, perturbari, inquietari, ſeu aliquid attentari, vel innovari facere, curare, permittere, vel mandare quovis quæſito colore, vel ingenio, ac titulo, & forma directè, vel indirectè, tacitè,

citè, vel expreſsè, publicè, vel occultè ſub pœnis tam contentis in dictis Litteris Apoſtolicis, & Decreto in eis contentis, & inſertis, etiam *Quingentorum Ducatorum auri de Camera* applicandorum Locis Piis, arbitrio Illuſtriſſimi Domini, & pro illis mandati executivi, de capiendo, carcerando, ac in juris ſubſidium excommunicationis, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis incurren., & in dictis Litteris, & Decreto contentis, & expreſſis. Quod ſi ſecus ad dictarum pœnarum, & cenſurarum fulminationem in delinquentes procedemus, & ut in præinſertis Breve, & Decreto juſtitia mediante. Quoniam ſtantibus præfatis prædictam Inhibitionem concedimus, quam ſervari volumus, & mandamus. In quorum fidem &c.: Datum Romæ ex Ædibus noſtris die 5. Novembris 1642.

Loco ✻ Sigilli.

I. D. Epiſcopus Cam. Viceſgerens, & Sacræ Viſitationis Apoſtolicæ Judex Deputatus.

Joſeph Palamolla Secretarius.

BRE-

BREVE CLEMENTIS PAPÆ X.

De Anno 1671.

CLEMENS PAPA X.

Ad perpetuam rei memoriam.

SPlendor æternæ gloriæ, qui ſua Mundum illuminat ineffabili claritate pia vota Fidelium de clementiſſima ejus Majeſtate ſperantium tunc præcipuè benigno favore proſequitur, cum devota ipſorum humilitas Sanctorum precibus, & meritis adjuvatur. Volentes igitur Eccleſiam Archiconfraternitatis *MORTIS, ET ORATIONIS DE URBE* aliquo ſpirituali munere illuſtrare, de Omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, omnibus utriuſque ſexus Chriſtifidelibus verè pœnitentibus, & confeſſis, ac ſacra Communione refectis, qui Eccleſiam prædictæ Archiconfraternitatis die Commemorationis Defunctorum, à primis veſperis, uſque ad occaſum Solis diei hujuſmodi, & ſingulis diebus infra illius Octavam ſingulis annis devotè viſitaverint, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia, hæreſum extirpatione, ac S. Matris Eccleſiæ exaltatione, necnon etiam pro Fidelium Defunctorum Animabus, quæ Deo in charitate conjunctæ ab hac luce migraverint, pias ad Deum preces effuderint, quo

die prædictorum id egerint Plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus. Præterea dilectis Filiis modernis, & pro tempore exiſtentibus Officialibus, & Confratribus prædictæ Archiconfraternitatis, ut Indulgentiam prædictam aliis quibuſcumque Confraternitatibus eidem Archiconfraternitati canonicè hactenus aggregatis, & pro tempore quandocumque aggregandis, ſervata tamen fel. rec. Clementis Papæ VIII. Prædeceſſoris noſtri, & aliarum quarumvis Conſtitutionum Apoſtolicarum ſuper Aggregationibus hujuſmodi editarum forma, & ſine cujuſdam præjudicio, communicare liberè, & licitè poſſint, & valeant, facultatem auctoritate Apoſtolica concedimus, & impartimur, præſentibus perpetuis futuris temporibus duraturis; Volumus autem, ut ſi aliàs Chriſtifidelibus dictam Eccleſiam viſitantibus aliquam aliam Indulgentiam perpetuò, vel ad tempus nondum elapſum duraturam conceſſerimus præſentes nulla ſint. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die 5. Maji 1671. Pontificatus noſtri Anno primo.

Loco ✠ Sigilli.

BRE-

BREVE CLEMENTIS PAPÆ XII.

De Anno 1730.

CLEMENS PAPA XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

EXponi Nobis nuper fecerunt dilecti Filii Officiales Archiconfraternitatis *MORTIS*, *& ORATIONIS nuncupat. de URBE* canonicè, ut asseritur, erectæ, quod ipsi in variis pietatis operibus, juxtà eorum pium Institutum singulis *TERTIIS DOMINICIS* cujuslibet mensis SSmum Eucharistiæ *SACRAMENTUM* publica veneratione ad formam Orationis Quadraginta Horarum Exponendo, eoque tempore diu, noctuque assiduas *DEO* præces pro Animabus Christifidelium Defunctorum fundendo, necnon insuper quolibet die festo Officium Mortuorum recitando, ac singulis feriis sextis totius anni vesperi *corpus flagellis castigando sese exercere consueverunt*, & quod eorum Instituti præcipuum, & laude dignum, existit, plures ex ipsis Confratribus statim, ac admonentur, relicta Domo, ac intermissis rerum suarum familiarum negotiis, *ex eadem Urbe exire solent, accedentes ad Loca, & Casalia Agri Romani ad effectum excipiendi pauperum Defunctorum Cadavera, quæ ibi aliàs insepulta remanerent, eaque inventa, suis sumptibus ad eamdem Urbem asportari*

tari curant , ubi demum allata , ſervatis ritibus , ac cæremoniis Eccleſiæ fraterna , & Chriſtiana Charitate Sepulcro tradunt , eaque de cauſa plura incommoda , & graves labores ſuſtinent , dum ad hæc pietatis officia præſtanda ſingulis horis parati eſſe debent . Cum autem , ſicut eadem expoſitio ſubjungebat , ſæpè contingat , quod ipſi Exponentes *inter imbres , & pluvias per loca modò viginti , & modò triginta milliaribus diſtantia iter aggredi , ac non rarò ibidem non ſine vitæ periculo propter aeris intemperiem in ejuſmodi Locis magna Annī parte graſſantem pernoctare cogantur* ; ac propterea indulto , ſeù privilegio aliis Confraternitatibus de præfata Urbe conceſſo liberare faciendi quotannis in certo die feſto *unum ex iis , qui ad triremes perpetuas damnati reperiuntur , frui poſſe ſummoperè deſiderent .* Nos ipſos Exponentes multorum , & laudabilium pietatis , & Chriſtianæ charitatis operum hujuſmodi , quibus ex Inſtituto dictæ Archiconfraternitatis incumbunt , intuitu ſpecialibus favoribus , & gratiis proſequi volentes , & earum ſingulares perſonas à quibuſvis excommunicationis , ſuſpenſionis , & interdicti , aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis , cenſuris , & pœnis à jure , vel ab homine quavis occaſione , vel cauſa latis , ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt , ad effectum præſentium tantum conſequendum harum ſerie abſolventes , & abſolutas fore cenſentes , ſupplicationibus eorum nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati , eiſdem Exponentibus *ſingulis Annis unum Reum ad triremes perpetuas damnatum , exceptis homicidiis , & furtis , dummodò tamen pacem ab offenſis ha-*

habuerit ; nominandi ; & liberandi facultatem auctoritate Apoſtolica tenore præſentium concedimus , & impartimur . Decernentes eaſdem præſentes Litteras ſemper firmas , validas , & efficaces exiſtere , & fore , ſuoſque plenarios , & integros effectus ſortiri , & obtinere , ac illis , ad quos ſpectat ; & pro tempore ſpectabit in omnibus , & per omnia pleniſſimè ſuffragari ; Sicque in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios , & Delegatos , etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari , & definiri debere , ac irritum , & inane , ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter , vel ignoranter contigerit , attentari . Non obſtantibus Conſtitutionibus , & Ordinationibus Apoſtolicis , cæteriſque contrariis quibuſcumque .

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die v. Septembris MDCCXXX. , Pontificatus noſtri Anno primo .

F. Card. Oliverius .

Loco ✠ Sigilli .

CHIROGRAPHUM CLEMENTIS PAPÆ XIII.

De Anno 1760.

CLEMENS PAPA XIII.

Conſervatori, e Priore de' Caporioni della noſtra Città di Roma.

ESSENDOCI ſtata preſentata per parte del Governatore, e Guardiani dell'Archiconfraternita *della MORTE*, *ed ORAZIONE DI ROMA* la Supplica d'aggraziarla di un Calice, e quattro Torce ſolite darſi da i Conſervatori alle Chieſe povere: Avendo Noi avuto ſpecial riguardo, e conſiderazione a molte, e diverſe opere pie, e particolarmente di aſſociare *gratis*, *& amore Dei* i Cadaveri de' Poveri tanto in queſta Città, che in Campagna trenta, e più miglia diſtante, sì nell'Inverno, che nell'Eſtate, sì di giorno, che di notte; Oltre l'Eſpoſizione del Venerabile delle Quarant'Ore ogni Terza Domenica del Meſe, ed altre inſigni opere pie, di dotazioni di Zitelle, e funzioni diſtintamente deſcritte nell'Erezione, Iſtituzione, e Conferma dell'Archiconfraternita dalle sa. me. di Pio IV., Paolo V., e Clemente X. noſtri Predeceſſori, riſolveſſimo di rimetterla a voſtri Anteceſſori, quali inteſo il voſtro Fiſcale della Camera Capitolina nella relazione fattaci nell'Udienza datagli li 29. Marzo ſcorſo, ottennero da Noi il ſeguente Reſcritto =

Facta

Facta relatione, Sanctitas Sua ex gratia ſpeciali benignè annuit pro præſentatione, ſeù oblatione *Calicis*, & *quatuor Intorticiorum facienda quolibet quadriennio inclusivè*, prout in aliis Eccleſiis practicari ſolet incipien. *die Dominica infrà Octavam Nativitatis Beatæ MARIÆ Virginis anni* 1761., & deinde alternativè *quolibet quadriennio* proſequen. *in perpetuum*; ita tamen ut expenſæ non excedant *ſcuta triginta*, pro quibus mandavit deſcribi in Tabella, ad quem effectum præſentari Chirographum à Sanctiſſimo ſignandum cum derogationibus opportunis =

E volendo Noi per maggior validità, e miglior eſecuzione di detto Reſcritto concederne il noſtro beneplacito Apoſtolico; quindi è, che confermando, ed approvando in tutte le ſue parti d. Reſcritto, e quanto da Voi, e da voſtri Anteceſſori è ſtato operato in eſecuzione del medeſimo, anco coll' anticipata offerta, e preſentazione del detto Calice, e quattro Torce fatta li 20. Aprile paſſato, ordiniamo, e comandiamo a Voi, e voſtri Succeſſori, e Fiſcale *pro tempore*, che deſcriviate nella ſolita Tabella delli Calici, e Torce la partita di *ſcudi trenta* per la valuta del Calice, e quattro Torce di Cera bianca da preſentarſi alla Chieſa di detta Archiconfraternita della *MORTE, ED ORAZIONE DI ROMA* ogni quattr'anni *in perpetuo* da principiarſi la Domenica *infra Octavam* della Natività della Bñna Vergine dell' anno 1764., e così continuare *in perpetuo* ogni quattr'anni, con far notare la partita di dd. *ſcudi trenta* a ſuo tempo nelle ſolite Liſte del Bimeſtre della Gabella dello Studio, eſſendo così mente, e

vo-

volontà noſtra preciſa, e non altrimenti &c., volendo, e decretando colla noſtra Suprema Poteſtà, che il preſente noſtro Chirografo con la ſemplice noſtra ſottoſcrizione vaglia, ed abbia il ſuo pieno effetto, vigore, ed eſecuzione, benche non ſi regiſtri in Camera, ſecondo la Bolla di Pio IV. Predeceſſore *de regiſtrandis*, baſtandoci, che ſia regiſtrato dallo Scrittore del noſtro Popolo Romano nel ſolito Libro del Campidoglio, derogando a queſt'effetto, ed in queſta parte a qualunque diſpoſizione, Coſtituzione, ed ordinazione Apoſtolica noſtra, e de' noſtri Predeceſſori, Tabelle ſegnate dalle SS. MM. di Benedetto XIII., Clemente XII., e Benedetto XIV., come anco alle riforme della ſan. mem. d'Innocenzo XII. benchè confermate in forma ſpecifica li 19. Giugno 1694. ed a qualſivoglia Decreto, e riſoluzione della Congregazione particolare deputata nel 1745. da Benedetto XIV. ſopra gl'Intereſſi, ed Aziende della noſtra Camera Capitolina, ed a qualunque altro Statuto, Regola, Tabella, uſo, ſtile, e conſuetudine, che in qualſivoglia modo poteſſe fare, e faceſſe in contrario al preſente Chirografo, delle quali coſe tutte, e ſingole, avendo il di loro tenore quì per eſpreſſo, e ſufficientemente di parola in parola inſerto, e per queſta ſola volta, e per dett'effetto pienamente, ed amplamente deroghiamo. Dato nel noſtro Palazzo Apoſtolico di Monte Cavallo queſto dì 31. Maggio 1760.

CLEMENS PP. XIII.

SOM.

SOMMARIO.

SUa Santita' Confermando il Reſcritto fatto li 29. Marzo proſſimo paſſato per la preſentazione, ed offerta *di un Calice, e quattro Torce di Cera bianca alla Chieſa dell' Archiconfraternita DELLA MORTE, ED ORAZIONE DI ROMA*, ed approvando l'anticipata conſegna fatta li 20. Aprile paſſato, ordina alli Conſervatori, e Fiſcale della Camera Capitolina, che le deſcrivino nella Tabella de' Calici da darſi ogni quattr' anni *incluſivè* principiando *nell'Anno* 1764. *la Domenica nell'Ottava della Natività della Bſſa Vergine per la ſomma in tutto di ſcudi trenta*; Deroga alle riforme, e Tabelle di detti Calici alla Bolla di Pio IV. *de regiſtrandis*, ed ogn' altro più diffuſamente eſpreſſo nel preſente Chirografo =

Præſens Chirographum SSñi D. N. Clementis Divina Providentia PP. XIII. regiſtratum fuit per me infraſcriptum pro Inclyto Populo Romano Scriptorem exercentem de Mandato Excñorum Dñorum Almæ Urbis Conſervatorum, à quibus in Congregatione apud Capitolium habita die 10. currentis menſis Junii ea qua decet reverentia receptum, & admiſſum fuit, & mihi traditum ad effectum, ut ſupra regiſtran. prout regiſtratum fuit in Libro currenti SignaturarumSSñi ſub folio 43. &44. ad quæ ſemper &c. In fidem &c. Ex Capitolio hac die 11. Junii 1760.

Ita eſt Camillus Randaninus Pro Inclyto Populo Romano Scriptor Exercens &c.

BREVE CLEMENTIS PAPÆ XIII.

De Anno 1765.

CLEMENS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam .

OMNIUM ſaluti , paterna charitate intenti , Sacra interdum Loca , Spiritualibus Indulgentiarum muneribus decoramus , ut indè Fidelium Defunctorum Animæ Domini Noſtri *JESU CHRISTI* , ejuſque Sanctorum ſuffragio meritorum conſequi , & illis adjutæ ex Purgatorii pœnis ad æternam ſalutem per Dei miſericordiam perduci valeant . Volentes igitur Eccleſiam Archiconfraternitatis *SANCTÆ MARIÆ ORATIONIS , ET MORTIS NUNCUPATÆ DE URBE* , in qua unum dumtaxat Altare privilegio Apoſtolico decoratum reperitur , quod per præſentes Apoſtolica auctoritate revocamus , & quodcumque tam *in Eccleſia hujuſmodi* , quam *ipſius Oratorio* , & *Cœmeterio ſitum Altare* , hoc ſpeciali dono illuſtrare auctoritate Nobis à Domino tradita , ac de Omnipotentis Dei miſericordia , ac Beatorum Petri , & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi , ut quandocumque Sacerdos aliquis Sæcularis , vel cujuſvis Ordinis , Congregationis , & Inſtituti Regularis , Miſſam Defunctorum pro Anima cujuſcumque Chriſtifidelis , quæ Deo in charitate conjuncta ab hac luce migraverit , ad *quodlibet Altare* tam *dictæ Eccleſiæ* , quam *ipſius Oratorii* , & *Cœmeterii ce-*

le-

lebrabit, Anima ipſa de Theſauro Eccleſiæ per modum ſuffragii Indulgentiam conſequatur; Itaut ejuſdem Domini *JESU CHRISTI*, ac Bñæ *VIRGINIS MARIÆ*, Sanctorumque Omnium meritis ſibi ſuffragantibus, à Purgatorii pœnis liberetur, concedimus, & indulgemus; In contrarium facientibus, non obſtantibus quibuſcumque; Præſentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die quinta Junii Anno MDCCLXV., Pontificatus noſtri Anno ſeptimo.

N. Antonellus.

Loco ✠ Sigilli.

BREVE SANCTISSIMI D. N. PII PAPÆ VI.

De Anno 1781.

PIUS PAPA VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

CUM inter cætera pia, ac ſalubria Inſtituta Archiconfraternitatis de *ORATIONE*, alias *DELLA MORTE*, quæ jamdiù in Alma Urbe noſtra canonicè erecta reperitur, magnis quidem laudibus efferenda, ac ſummoperè commendanda ſit chriſtiana charitas, qua illius Confratres pauperum, ac miſerabilium Perſonarum decedentium corpora, quæ abſque ulla forſan ex præſcriptis Eccleſiaſticis Cœremoniis prius ſepeliri conſueverunt, Tobiæ exem-

plo propriis humeribus ſublata, etiam ſi devia, & longa itinera pedibus ſint aggreſſuri, non ſine magnis laboribus, & expenſis ad rurales Eccleſias decenti apparatu eſferunt, ibique Eccleſiaſtica Sepultura donari curant: decet propterea, ut Romanus Pontifex, ne tam pium, ac corporale miſericordiæ opus neceſſariis ſubſidiis deſeratur, quæ ad illius augumentum ſunt juſtè diſpoſita, ut firmiora perdurent, Apoſtolicæ ſuæ auctoritatis robore confirmet, ac innovet, undè Chriſtifidelibus ſic in amore erga Proximum incenſis Agri uberes, in quibus charitatis ſemina mittant, meſſem in Regno Cœlorum ampliſſimam expectaturis, toto cordis affectu eſſerantur, & ad tantæ tamque ſalutaris operis exercitium vehementiùs excitentur, promptioreſque reddantur, prout in Domino ſalubriter expedire conſpicitur: Sanè dilecti filii Gubernator, Officiales, & Confratres dictæ Archiconfraternitatis *DE ORATIONE* Nobis nuper exponi fecerunt, quod cum aliàs ſæpè contigerit, Confratres præfatos à Tribunali Gubernii monitos de inſepulto exiſtenti Cadavere in Agro Romano, poſtquam ipſi ſine mora ad indicatum locum pervenerunt nactos fuiſſe jam elatum Cadaver, ac à Paroco *extra Muros* fuiſſe ſepultum, proindeque, ut hujuſmodi incommodo remedium aliquod adhiberetur, à bo. me. dum vixit, Cardinali Guadagni, tunc exiſtenti Summi Pontificis Prædeceſſoris noſtri in Alma Urbe Vicario in ſpiritualibus generali in Congregatione Præfectorum, annuente etiam bo.me. dum vixit, Cardinali Coiro, tunc Almæ Urbis Pro-Gubernatore ſub die 4. Septembris 1739.

hu-

hujuſmodi fuit prolatum Decretum tenoris, qui ſequitur. =

Fr. Joannes Antonius &c. = Eſſendoſi inteſe nelle ſcorſe Congregazioni de' Prefetti le doglianze fatte d'alcuni Parochi *extra Muros* contro la Compagnia *della MORTE*, a cauſa, che dovendo li ſuddetti Parochi aſtenerſi dal ſepellire i Cadaveri, che ſi trovano per le Campagne, per dar tempo al Governo di fare la dovuta ricognizione, ne viene, che benche loro ſteſſi talvolta ſiano quelli, che ne mandano l'avviſo al detto Tribunale, ad ogni modo ſi vedono venire, o unitamente, o prima de' Miniſtri del Governo la ſudetta Compagnia, che ſotto gl'occhj degli ſteſſi Parochi porta via li Cadaveri contro la diſpoſizione dello Statuto del Clero *al Cap. III.* §.XXIX., che non vuole, che la medeſima Compagnia s'ingeriſca in ſepellire i Cadaveri, quando ſono a ciò pronti li Parochi: Ma perche fù contemporaneamente riferito, che per parte della Compagnia ſi riſpondeva, che eſſi andavano a prendere i Cadaveri in virtù dell' ordine, che ne ricevevano dal Governo, ed una volta, che da loro ſi era fatto tutto il viaggio, non era convenevole il tornarſene in Roma ſenza il Cadavere; E per parte di ciò, che ſi prattica dal Governo, fù anche conſiderato, che quando la notizia giunga al detto Tribunale per altro canale, che quello del Paroco, ſi trova in neceſſità di avviſarne la detta Compagnia, perche altrimenti non ſaprebbe, o non avrebbe, a chi conſegnare il Bollettino della ricognizione fatta, con riſchio, che il Cadavere reſtaſſe inſepolto; che però per mantene-

re

re il ſuo diritto di Parochi, e nello ſteſſo tempo ovviare al pericolo del ritardo di Sepoltura Eccleſiaſtica, fù commeſſo al Signor Promotor Fiſcale trattare un tale affare con Monſignore Illmo Governatore, e proporre, che ſi degnaſſe Sua Signoria Illma ordinare a Miniſtri del ſuo Tribunale, che continuino pure, come preſentemente ſi prattica, ad avviſare la Compagnia *della Morte* per quei caſi, ne' quali giunga notizia al Governo del ritrovamento del Cadavere d'altra parte, che da quella del Paroco; ma che quando la notizia l'hanno immediatamente dal Paroco, che dica eſſer pronto a ſepellirlo, ſi contentino di non incomodare la detta Compagnia.

In eſecuzione di una tal commiſſione riferì il detto Promotor Fiſcale aver paſſato il detto Officio con il Signor Cardinale Coiro Pro-Governatore, e che Sua Eminenza conoſcendo la giuſtizia dell' iſtanza, ſi è compiaciuta accordarla, ed in appreſſo per ordine del ſudetto Signor Cardinale eſſerſi portati dal Signor Michilli Luogotenente, con cui è ſtata concordata la ſeguente formola di Viglietto da mandare da Parochi al Governo, quando eſſi vogliano tumulare li ſudetti Cadaveri. =

Eſſendoſi ritrovato un Cadavere nella Contrada N. dentro i limiti della Parocchia di S. N., il Paroco di detta Chieſa, che ſcrive ſi aſtiene dal ſepellirlo per dar tempo a coteſto Tribunale del Governo di poterne fare la ricognizione; Che però ne avanza la notizia alli Signori Miniſtri di coteſto Tribunale, che potranno compiacerſi conſegnare il ſolito Bollettino dopo fatta la detta ricognizione a chi in nome dell' iſteſſo Paroco ſi tro-

troverà ivi preſente, ſtando eſſo Paroco pronto per darli in appreſſo la dovuta Sepoltura.

In ſequela dell' operato fù riſoluto nell' ultima Congregazione de' Prefetti, che ſi deduca a notizia dei Parochi, i quali hanno giuriſdizione fuori delle mura, che per ſodisfare all' obbligo, che loro incombe di ſepellire i ſudetti Cadaveri, è neceſſario, che traſmettano al Governo il Biglietto concepito nella ſudetta forma, e che in eſſo ſpecifichino bene il luogo, dove giace il Cadavere affinchè poſſa rinvenirſi, ed inoltre ſentano dalli Miniſtri di detto Tribunale, l' ora, in cui ſi troveranno in eſſo luogo a fare la ricognizione, e che provedano, che per quel tempo ſi trovi puntuale qualcheduno, quando non poſſa eſſervi detto Paroco per ricevere dalli medeſimi il ſolito Boletti-no, affinchè non abbia a naſcere l' inconveniente, che non ſi ſappia a chi conſegnarlo, e che ſiano ſolleciti a mandare l' accennato Biglietto al Governo, perchè ſe il Governo ſarà prevenuto nella notizia da altri, ed à tenore del concertato, ne averà dato l'avviſo alla Compagnìa *della Morte*, non avranno eſſi Parochi motivo di dolerſi ſe non di ſe ſteſſi. Queſto dì IV. Settembre MDCCXXXIX.

Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, illud incommodi poſtmodum evenire compertum ſit, quod nempè cum præfati Parochi *extra muros* miſerabilium Perſonarum inter ſepta ſuarum reſpectivè Parochiarum decedentium Cadavera clam Tribunali Gubernii, nullaque prævia Cadaveris recognitione, adverſus ſtabilimenta, ac conventiones in præinſerto Decreto expreſſas ſepelire non

rarò

rarò præſumpſerint; Tribunal verò Gubernii è contra habita aliundè notitia de exiſtente inſepulto Cadavere, conſuetam ſchedulam ad d. Archiconfraternitatem tranſmiſerit, Confratres præfati ad deſignatum locum non ſine labore profecti, jam elatum Cadaver ſæpè invenerint, ut hiſce malis firmiter occurratur; Nobis propterea exponentes præfati humiliter ſupplicari fecerunt, ut in præmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Nos igitur quam utile, & quam proficuum ſit Archiconfraternitatis præfatæ memoratum Inſtitutum probè noſcentes, ne hujuſmodi incommoda ullo umquam tempore dictos Confratres à corporalis miſericordiæ operis exercitio præfato non ſine maximo Chriſtianæ Charitatis diſpendio avertant, ipſoſque Exponentes ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, eorumque ſingulares Perſonas à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à jure vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes; ſupplicationibus eorum nomine Nobis ſuper hoc porrectis inclinati; præinſertum Congregationis Præfectorum Decretum auctoritate noſtra Apoſtolica, tenore præſentium approbamus, & confirmamus, illique perpetuæ, & inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, illudque his, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit, ple-

pleniſſimè ſuffragari, ac omnibus aliis reſpectivè perpetuis futuris temporibus inconcuſsè, ac inviolabilitèr obſervari debere præcipimus, decernimus, & mandamus. Prætereà æquum juſtumque arbitrantes, ut antedictæ Archiconfraternitati in omnibus controverſiis, quæ in poſterùm ſuper executione Decreti præinſerti exoriri poterunt, conſultum ſit, Motu proprio, ac ex certa ſcientia, & matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, dilecto Filio noſtro moderno, ac pro tempore exiſtenti Urbis Vicario, in Spiritualibus Generali harum ſerie committimus, & mandamus, ut controverſias omnes, quæ in poſterum ſuper executione præinſerti Decreti inter Parochos *extrà Muros*, & Archiconfraternitatem, ſeu Confratres præfatos exoriri poterunt, auctoritate noſtra Apoſtolica per præſentes delegata cognoſcat, definiat, decidat, fineque debito terminet; eaque propter illi tam contra Parochos præfatos, quam etiam contra eamdem Archiconfraternitatem procedendi, monendi, inhibendi, & per pœnas cogendi, compellendi, faciendi, dicendi, gerendi, exercendi, ordinandi, exequendi, ſtatuendi, & decernendi plenam, & amplam facultatem, motu, ſcientia, & auctoritate paribus earumdem tenore tribuimus, & impartimur.

Demum quum aliàs fel. record. Clemens Papa XIII. Prædeceſſor Noſter per ſuum Reſcriptum ſub die 21. Septembris Anni 1759. eidem Archiconfraternitati facultatem celebrari faciendi Sacroſanctum Miſſæ Sacrificium in ſua Eccleſia Urbis dumtaxat etiam *per unam horam ante*

Auroram, & itidem *per horam poſt Meridiem*, quoties Confratres præfati ad exercendum memoratum pium corporalis miſericordiæ opus primo mane ab Urbe diſceſſuri eſſent, vel hac ipſa de cauſa declinante ad Veſperam die ad Urbem regreſſi eſſent, conceſſerit, ac impartitus ſit; Nos,ut eamdem Archiconfraternitatem non ambiguis charitatis noſtræ ſignificationibus proſequamur, illi, iiſque Confratribus, etiam ut in ruralibus Eccleſiis, ubi eos mortuorum Cadaverum efferendorum cauſa eſſe contigerit, etiam *per horam ante Auroram*, & *per horam item poſt Meridiem Sacroſanctum Miſſæ Sacrificium celebrari facere poſſint, & valeant*, auctoritate præfata harum ſerie concedimus, & impartimur.

Decernentes eaſdem præſentes Litteras, ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere; ac illis pleniſſimè ſuffragari.

Sicque in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, ſublata eis, & eorum cujuslibet quavis aliter judicandi, & interpetrandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit, attentari.

Non obſtantibus Apoſtolicis Conſtitutionibus, & Ordinationibus, necnon dictæ Archiconfraternitatis etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate

tate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus, Privilegiis quoque, Indultis, & Litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die prima Martii Millesimo septingentesimo octogesimo primo Pontificatus Nostri Anno septimo.

I. Card. de Comitibus.

Loco ✻ Sigilli.

BREVE EJUSDEM SS. D. N. PII PAPÆ VI.

De Anno 1781.

PIUS PAPA VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

AD augendam Fidelium Religionem, & Animarum salutem, cœlestibus Ecclesiæ Thesauris pia charitate intenti; Omnibus, & singulis utriusque Sexus Christifidelibus verè pœnitentibus, & confessis, seu firmum confitendi propositum habentibus, qui Ecclesiam Archiconfraternitatis de *ORATIONE*, aliàs *DELLA MORTE* nuncupatæ

patæ de Urbe, devotè viſitaverint, inibique juxta eorum devotionem pias preces ad Deum effuderint, *quoties id fecerint*, *Indulgentiam plenariam*, omniumque, & ſingulorum peccatorum ſuorum veniam, & remiſſionem Apoſtolica auctoritate *perpetuò* concedimus, & impartimur; Ipſiſque, ut quilibet eorum Indulgentiam, & peccatorum remiſſionem hujuſmodi *Animabus Purgatorii* per modum ſuffragii applicare poſſit, etiam *perpetuò* concedimus, & indulgemus. Non obſtantibus, quatenus opus ſit, noſtra, & Cancellariæ Apoſtolicæ Regula de non concedendis Indulgentiis ad inſtar, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die prima Martii MDCCLXXXI. Pontificatus Noſtri Anno ſeptimo.

I. Card. de Comitibus ..

Loco ✻ Sigilli.

Præſentes Copias Ego infraſcriptus Archiviſta Ven. Archiconfraternitatis S. MARIÆ ORATIONIS, & MORTIS DE URBE fideliter extraxi à ſuis Originalibus exiſtentibus in Archivio ejuſdem Archiconfraternitatis; In quorum fidem &c. hac die prima Septembris 1781.

Fr. Petrus Pieri Archiviſta.

IN-

INDICE

Del contenuto nelle Bolle, Brevi, e Chirografo descritti nel presente CATALOGO

BOLLA DI PIO PP. IV. *del* 1560. pag.I.

Approva l'Erezzione, ed Istituto dell' Archiconfraternita, Statuto, ed Opere Pie, che la medesima esercita à pag. I. usque ad V.

Concede la facoltà di accettare Elemosine, Oblazioni, e Legati pag.VI.

La facoltà di eriggere Chiesa, Oratorio, e di conservare il SSmo Sagramento nel Tabernacolo pag.VI.

La facoltà di associare i Cadaveri de' poveri Defonti, e sepellirli nelle respettive Chiese Parocchiali con altri necessarj provedimenti pag.VII.

Concede alla medesima molte Indulgenze pag.VIII.

La facoltà ai Fratelli della medesima di poter in tempo d'Infermità far celebrare la Santa Messa nella loro Casa, durante la loro Infermità pag.VIII.

La facoltà di eleggere in stato di Morte un Confessore per essere assoluti dalle Censure, nelle quali fossero incorsi pag.VIII.

La facoltà finalmente di aggregare Compagnie forastiere, e di comunicargli le Indulgenze alla medesima concesse pag.IX.

BOL-

BOLLA DI SISTO PP. V. *del* 1590. pag.XI.
Conferma l'Archiconfraternita pag.XII.
Concede alla medeſima molte Indulgenze, e ſpecialmente l'Indulgenza Plenaria in Articulo Mortis ai Fratelli, e Sorelle della medeſima, che invocaranno il SSmo Nome di GESU', e non potendo colla bocca, l'invocaranno col Cuore pag.XIII.
BREVE DI PAOLO PP. V. *del* 1606. pag.XVI.
Concede molte altre Indulgenze all'Archiconfraternita colla facoltà di comunicarle alle Compagnie aggregate, e da aggregarſi pag.XVIII.
Preſcrive diverſi provedimenti nelle occorrenze di aſſociare, e dare Eccleſiaſtica Sepoltura ai Cadaveri de' poveri Morti nelle Campagne pag.XIX.
ALTRO BREVE DI PAOLO PP. V. *del* 1611. pag.XIX.
Concede la facoltà in perpetuo all'Archiconfraternita di liberare ogni anno un Reo condannato alla Morte pag.XX.
BREVE DI URBANO PAPA VIII. *del* 1641. pag.XXI.
Approva, e conferma il Decreto della Congregazione della Sagra Viſita Apoſtolica de' 31. Agoſto 1641., nella quale ſi concede all'Archiconfraternita, cioè:
La facoltà di prendere i Cadaveri de' poveri Defonti, quando dentro il termine di ore VENTI non ſiano ſtati aſſociati dai proprj Parochi, e di portarli a ſepellire nelle loro reſpettive Parocchie, con altri opportuni provedimenti pag.XXII.

La

La Facoltà di prendere i Cadaveri degl' UCCISI, ſubito che la Curia del Governo ne abbia dato l'avviſo all'Archiconfraternita pag.XXIII.

La facoltà di ſepellire i Cadaveri de' poveri Morti nelle Campagne in quelle Chieſe, ove gli ſarà più comodo, con altri neceſſarj provedimenti pag.XXIII.

Impone la pena di ſcudi 25. ai Contraventori del ſudetto Decreto, e ne ordina a Monſignor Vicegerente pro tempore l'Eſecuzione pag.XXIII.

BREVE DI CLEMENTE PAPA X. *del* 1671. pag.XXVII.

Concede l'Indulgenza Plenaria perpetua all'Archiconfraternità nell'Ottavario della Commemorazione de' Fedeli Defonti colla facoltà di comunicarla alle Compagnie aggregate, e da aggregarſi pag.XXVII.

BREVE DI CLEMENTE PAPA XII. *del* 1730. pag.XXIX.

Concede all' Archiconfraternita in perpetuo la facoltà di liberare ogni Anno un Reo condannato alla Galera perpetua pag.XXX.

CHIROGRAFO DI CLEMENTE PAPA XIII. *Del* 1760. pag.XXXII.

Ordina alli Signori Conſervatori del Popolo Romano la preſentazione di un Calice, e quattro Torce in ogni Quadriennio in perpetuo alla Chieſa dell' Archiconfraternita per la Solennità della Natività della Beatiſſima Vergine pag.XXXIII.

BRE-

BREVE DI CLEMENTE PAPA XIII. *del* 1765. pag.XXXVI.

Concede l'Indulto di tutti gli Altari Privilegiati della Chiesa, Oratorio, e Cimiterio dell' Archiconfraternita, in perpetuo pag.XXXVI.

BREVE DELLA SANTITA' DI N. S. PIO PP. VI. *Del* 1781. pag.XXXVII.

Approva, e Conferma il Decreto della Congregazione de' Prefetti risguardante li poveri Morti nelle Campagne, e gli opportuni provedimenti contro li Contraventori al suddetto Decreto pag.XLI.

Concede l'Indulto all' Archiconfraternita di far celebrare la Santa Messa un'Ora avanti l'Aurora, ed un'Ora doppo il Mezzo giorno, tanto in Roma, quanto fuori di Roma in occasione dell' Associazione de' poveri Morti nelle Campagne pag.XLIII.

ALTRO BREVE DELLA SANTITA' DI N. S. PIO PP. VI. *del* 1781. pag.XLV.

Concede alla Chiesa dell' Archiconfraternita l' Indulgenza Plenaria Quotidiana, Perpetua, pro Vivis, & Defunctis pag.XLVI.

626534